
Biblioteka Jagiellońska
stdr0004660


V
B J
C

DELVBRVM BONÆ SPEI

IN

FESTAS, AVSPICATASQ; NVPTIAS,

ILLVSTRIS, & MAGNIFICI DOMINI

STANISLAI à BYKI BYKOWSKI

PRÆFECTI KŁODAVIENSIS,

S. R. M. AVLICI.

&

LECTISSIMÆ VIRGINIS

ANNÆ COMITISSÆ à LESZNO

ILLVSTRIS, & MAGNIFICI DOMINI

VLADISLAI

COMITIS à LESZNO

SVCCAMERARII POSNANIENSIS,

OSTRESOVIENSIS, &c. PRÆFECTI,

FILIÆ CARISSIMÆ ERECTVM.

A

M. GREGORIO HOFFNER, *Artium Magistro & Philosophiæ Doctore, Seniore pro tunc Scholæ Lipscianæ in Chocz.*

Anno Domini 1653.

POSNANIÆ, In Officina Viduæ, & Heredum Alberti Reguli.

JNSIGNIA
Jllustrisimæ Domûs Vtriusq;





Dum sibi Magnorum hæc duo iungi Stemmata, cernis
Gloria Virtuti est consociata suæ.
Vtraq; Consilio florent, tum Vi metuendâ
Martis, Magnanimis digna perinde Viris.




S felicitatis veſtræ ſplendor, qui ab auſpicatiſsimo Connubij veſtri nexu refulget, publicæ vbiq; hilaritatis videtur indixiſſe ſolennia. Et Familiæ vtriuſq; veſtrum fundatam, firmatamq; amplitudinem, & publicæ rei non omine vano, ſpondet, & iam è propinquo oſtentat fulcimentum. Heroûm vita neſcit eſſe otioſa, non alteri, quàm gloriæ tributaria, ſolius æternitatis mancipata obſequio. Eam vos ordiri, & fauſto paſſu ingredi, fortunatiſſimo decurrere, vota omnium laborant. Lætus hic, & concolor veſtro Hymeneo applauſus, ad eandem gaudij collimat metam, vt ſpes patriæ, vitam viuatis per quàm fortunatam. Cuius enim hîc temeritas in Cynicorum erumpat ſuperbiam, vt non æſtimet Alexandros, & ſummorum luminum concurſum, tantamq; gloriæ coniunctionem, in ſpem vlteriorem, præſagio non transferat. Quorſum enim altiſſima Familiarum ſydera, in vnum, mutuumq; fædus conueniunt, niſi vt ad immortalitatis decurſũ, adſit illuſtris radiorum ſocietas, quæ poſterorum admirationem, tenebris intercipi non ſinat. Priuatæ felicitatis eſt, breuibus ætatem expectationibus definire. At quos ſupra hanc ſortem, ſupremus Coniugij author, copulauit, cum ipſa temporum edacitate paciſci videntur, ne viciſſitudo ſociata in vnum, Familiarum decora, præſumat diſsipare. Non aliud contra hanc procellam, more ſuperbi illius, altiora, eminentioraq; papauerum capita decutientem, tutius, validiuſq; munimentum, quàm Illuſtrium Familiarum arctior neceſſitudo, quæ fatis moram iniicere videtur, & ab hoc æternitatis arcere ſacrario. Quàm ergò præclarè conſultum is, Illuſtris Sponſe, auitæ Maiorum tuorum gloriæ, nec deſidem te probas, tot Heroûm ſobolem, cum tibi Principis in Regno domus ſanguinem, thori, & vitæ ſociam deſtinaſti.

Illuſtris virgo ANNA Comitiſſa de Leſzno, vel ipſo nomine gratioſa, in perennem amoris tecum conſpirat nexum. Pontificali dexterâ Illuſtriſſimus Regni Primas, & Princeps, Andreas Comes de Leſzno, Gneſnenſis ArchiPræſul, ſummæ in hoc Regno poteſtatis, vicariâ votiuam vtriq; Veſtrum elargitur proſpe-

A ritatem.

ritatem. Ad omnes redundat hic publicus lætitiæ sensus. Et me minorum gentium Quiritem, in eam erexit alacritatem, vt promptioris, deditiq; mâgis officij, quàm aliquâ elegantiâ politi styli anathema, ad hoc delubrum vestræ felicitatis deferrem. Optarem certè cultiorem tanto obsequio animum, literasq; maiores, sed cum Polonæ libertatis censura, seruilem illam proscripserit legem, quæ Lysippum, & Apellem, Heroico vultui fingendo destinauerat, cæteris repulsis, ne temerariâ manu, in venerando opere luderent. Et ea Heroum indoles, ea comitas, vt quandoq; illos etiam è quercu, non ex ebore sculptum delectet simulachrũ. Quid igitur virtutis vestræ gloria Patriæ polliceatur, legetis, & hoc meum exile obseruantiæ monumentum, beneuolâ accipietis manu. Humanitatisq; vestræ radium, ad hæc quæ semipaganus auguror vates, deriuabitis.

Falso queri genus humanum, fortunã virtuti iniquiorẽ, magni viri, magnis cõiiçêre experimentis. Ea virtutis indoles, quã etiam hoc numen exoculatum veneratur. Quando enim non ancillantem virtus fortunam experta, ac non beneficio sæpiùs, effusoq, fauore nutrita, quàm aduersis odiis prægrauata, etsi rarò illi defuerit liuor, Zoilorumq; latratibus fatigata, victrices palmas, triumphalesq; meruit laureas. Aduersis nunquam succumbit, sed subitis casibus maior, in altum assurgit, cæloq; adscripta Ciuis, caput inter sydera condit. Et quisquis in hoc vitæ proscenio comparuit, seu maiorum circumstent illum in fastos æternitatis relata decora, siue nullæ Illustres Auorum ceræ, nobilitati suffragentur! propriomet stat arbitrio, hæc in lucem, vel in obscurum ignauiæ lucum asserere. Nec vetat lex, si virtus contendat, imagine parta familiæ inferre claritatem. Ciuem Romanum nasci, dignitatum, honorumq; sacraria, hæc reserabat clauis. Frustra tamen quis ad hæc operosum moliebatur gressum, ni priùs delubrum virtutis ingressus, non tàm accuratâ adorantium prece, quàm innocentiâ, & sanctitate, numen illud fuisset veneratus. Vicini fani valuæ facilè pandebantur, clientemq; in adijta penitiora immittebant. Ita honoris augusta virtutem manu ducente, in hanc vsq; diem, multis (etsi cæteris fortuitò irrepentibus, non nisi larua probitatis vitia velante) pandebatur. Quæsita multo sanguine, reperta multo gloria, non nisi virtute succollante, calamos, & ingenia fatigat scriptorum, feliciorumq; ingeniorum ambit prouentum. Nec alium desiderat Alexander, quàm Homerum Achillis laudatorem. Ita enim crescit magnanimo cuiq ardor, vt radiantem in aprico

hono-

honorum, & gloriæ Maiorum virtutem, quasi lampada porrectam retineat. Ignauiam Vaciæ, cui in secessu amænioris villæ delitescebat, immersus, senilis prudentiæ Magister taxauit, latere, non viuere hominem colligendo, & quasi tempestiuè suo præluderet funeri, Rus illud prætereundo, titulumq; Cenotaphio affigendo. Vacia hic situs est, sæpius ingeminauit. Ô quàm multis obrepit similis inertiæ dulcedo? quæ mox adamata, generosam Maiorum indolem, præpostera Metamorphosi in desidem transformat socordiam; naturam plerosq; damnantibus, quæ cum magnos viros genuerit, quasi lassa, & effæta in posteris deficit. Succenset Cicero, numen illud eloquentiæ, Gorgiæ, cuius contubernio, & institutioni, non doctiorem, sed bibaciorem subtraxerat filium. Bicongiis vna Amystide siccandis magis exercitatus, quàm dotali, hæreditariæq; suæ Domus parandæ facundiæ intentus, plus vini, quàm olei prodegit. Pedotribam, an discipulum in ius vocem, ambigo; magis certè indignor adolescenti, qui sub honestissimà Cratippi alterius Ludimagistri institutione, non nisi madida mero spongia, calicum remex, & conuiuij nauta adoleuit. Senec. Epi. 55. Plut. in Cic.

Patuitq; non semper posteros in parentum virtutem, & cæteram immigrare hæreditatem. Nec sine indignatione in campo Martio Romanæ flos nobilitatis, miratur Scipionis Magni, qui æmulam Imperij Carthaginem, ita armis oppressit, vt vix de solo nomine triumpharet. Nullius nisi nominis hæredem filium, non aliisq; nisi paternis meritis stipatum, candidatum alieno peculio, honores licitantem. Non nemo annulum eidem, cuius gemmam ingeniosus artifex in vultum paternum animauerat, detraxit, dissimilem patri genium exprobrando. Et hac ratione pleriq; ingrati in Maiores, quos nullius propriæ lucis dignantur fænore, illiberales in posteros, quibus nullum crescendi documentum relinquunt, iniurij Manibus, imaginibusq; Auorum, deuota fumo capita, non serenum aliquod lucis, sed fumum, nebulamq; illis affundunt. Quantæ verò laudis, continuatam splendoris publici seriem, Natis Natorum, & qui nascentur ab illis, conseruari. Est alioqui perdecorum, ad hæc Miltiadis trophæa, cum Themistocle, insomniam agere cum Theseo, vel in quiete nocturna, Herculis laborum imagine delectari, ad similiaq; excitari. Et quod de Carolo Quinto constans vulgauit fama, illum nobile artificis ingenio elaboratum Horologium, cum omnibus libramentis, currentibusq;, & recurrentibus rotulis, annulo reclusum circumtulisse, temporisq; momenta di- Val. Max. Lux Euan. Engelgra.

spensan-

ſpenſantis, ſæpius audiiſſe vocalem ſonum, horam adeſſe. Certè congruentiùs veſtigia Maiorum ingreſſuris, viua, ac ſpirante eorum virtute, quaſi æris campani ſonitu excitari: moneriq;, eam temporis ineundam rationem, ac ita partiendam, quæ perenni, glorioſæq; Maiorum memoriæ retinendæ, ſufficiat. Ædificium eſt quoddam ingenioſâ architectante Maiorum induſtriâ excitatum, poſteriſq; conſignatum, Illuſtris gloriæ titulus, quod imber edax, aut Aquilo incurrens, tempuſq; ipſum mille caſibus armatum, facilè poteſt ſubruere. Nec in hæc aduerſa, quæ famam Illuſtrium Nominum demoliuntur, tutius munimentum, quàm poſteritatis, gnauâ, ſedulaq; ſolertia. Vtq; nauis illa remis triginta, contra marinos fluctus armata, quâ Theſeus inſanos huius elementi vortices ſæpiùs ad tranſeundi compoſuit licentiam, tot annorum decurſu ſtudioſè conſeruata, Demetrij Phalerei attigit ætatem. Exeſas nimirum carie tabulas, nouis permutando, illius proſpexerunt integritati, multorumq; in Attica ſapientum fatigauit ingenia, perennitatem illius admirantium. Fama eſt, Nauis cui fruſtra polliceamur æui diuturnitatem, ſi Maiorum ingentes actus nullis noſtris protrudamus. Et ô quàm præpoſterum? exorſum æternitatis prologum, ætatem ferre, inepto abſoluere Epilogo. Boleſlai Kriwouſti Principis Noſtri, bellatoris, victoriſq; fortunatiſſimi ingenium, & exemplum probo. Ne virtutes defuncti Parentis in obliuionem abirent, ad quarum ſe imitationem compoſuerat, opificis celte efformatam vultus Paterni Iconem, in aurea lamina è collo pendula geſtare ſolitus erat, cuius crebrior intuitus, voci paternæ æmulâ vi, ad ardua quæque, & Principe digna ſemet excitaret. Vtinam verò domeſticum hoc Magni Principis exemplum, in pectora cæteris deſcendat, mentem ſæpius exagitet, vt virtutis apicem, quem plurimi Magnarum ſtirpium transfugæ, feſtinato deſcenſu ſolent deſtituere, erigant amænius. Sed quo tandem abripior? quorſum in præſens ratiotinari, quæ Familiarum ſplendores circumſcribant periodi? quid attinet, ſi in alto iam humanæ volubilitatis demerſos miſereri? Error errorem trudit, & catenata ſerie langueſcentem imprimis Maiorum alacritatem fruſtra, ſecundi feliciori nituntur promouere paſſu. Domus interea Tua Illuſtris Sponſe, indomitis animis ſollicitabat gloriam, & alios, atq; alios ſubmittebat, qui in culmine apparerent. Quanta mihi materiæ ſeges, in præterita ſæcula animum proiicienti ſeſe offert, dum ibi plurimarum dignitatum faſces, ſacras, ac profanas purpuras, domi Tuæ congeſtas video. Iaxas, Samborios, Ducalibus eminentes thiaris, Vinidarum, ſeu Serborum, Pome-

Plut. in Theſ.

Crom. lib: 5.

rani

raniæq; Principes: Ac non ita pridem Regni Nostri Vasallos, non in hanc producam scenam. Ianislaos, Gedeones, Theodoros, Clementes, Sulislaos, profanâ, ac Sacrâ togâ illustres, non hic memorabo. Profusam illorum liberalitatem in Religiosarum asceteria familiarum. Miechouiense, Andreouiense, Oliuense, Wąchocense, Cyricense, Zwierzynecense, Staniątecense, Cænobia, Ecclesiæ luculentis, imò basilicis dotata reditibus, & ipsi parietum lapides seræ perorant posteritati. Dlugosiorũ, Cromerorum, Bilsciorum, Paprociorum, Okolsciorum, nolo me, anagnostem, aut amanuensem profiteri. Mereborq; veniam, si de sacrario familiæ Tuæ, hæc augusta nomina, an numina promere negligam. Et hæc remotiora gentilitij Tui Gryphis decora, admirabundo venerabor silentio. Vna enim pagina, tàm nefas, quàm arduum ea colere. satiusq; à me præteriri Magnorum huius stirpis gloriam, quàm pridem iam suis fastigiis inuoluit æternitas. Impleuerunt iam hæ ingentes animæ verticem cælo inferendo, non paginas, sed libros. Terra Siradiensis.

Patritijs fæcunda viris. *Carmen Sirad. Trabead.*

Magnorum virorum ferax, & Senatoriis trabeis per plurimas curules sparsis celebris, illa me tacente, altius intonet Illustrissimam gentis Tuæ propaginem. Iaxarum germanam Sobolem, togâ Senatoriâ, Martioq; paludamento decoram, Reipub. Polonæ conseruandæ nunquam defuisse. Et almæ pacis oliueta, & bellici fragoris tempestates, Vestram expertæ alacritatem. Nonne superat Auus Tuus Illustris Sponse, STANISLAVS BYKOWSKI, Lancicicnsis Castellanus, dein ob summa in Rempub., Maiestatemq; Regiam promerita, Siradiensis Palatinus, Decios illos Romanos, deuotis corporibus in hostes ruentes? A magno calamo, magna meruit elogia. Is felicitati eius accessit cumulus laudator disertissimus, Illustrissimus in Regno Senator, Religiosissimus in Ecclesia Antistes, Nestor ille Lechiæ STANISLAVS LVBIĘNSKI, PŁOCENSIS PRÆSVL. Penna illa perennis gloriæ interprete, incomparabili Heröi prouidit æternitatem, quam suis virtutibus eximiè promeruit. Agitabat iam consilia impius in Nepotem Patruus CAROLVS SVDERMANIÆ PRINCEPS, de Coronâ Regni Sueciæ, plus quàm Punicâ perfidiâ, ex capite Regis Nostri gloriosæ memoriæ SIGISMVNDI TERTII rapienda. Mentem eius, animumq; insanâ ambitione turgescentem, versabat hæc cogitatio. Et iam non Regnum tantùm, verùm etiam vitam innocentissimi Regis, Tyrannus ille appetiit. Sed scelera in occulto diu non latent: sparsa, vulgataq; fama optimi Regis, vitam

 Stochol-

Stocholmiæ in Suecia vltra Balticum præsentissimo discrimini obiectam, prisca Polona fide, quæ ad inuidiam orbi innotuit, Principes nostros, quorum Regum illud exemplar Sigismundus, sanguis, successor, in subditorum gremio, ad securi prolubium somni quiescere posse; atq; in Maiestatem Regiam exciti, pietate. Illustres viri, & alti spiritus Heröes, ventis nec quidquam secundis in Sueciam soluerunt, vel sanguine proprio subitariæ illius rebellionis exardescentem flammam restincturi. Legat nomina illorum posthuma posteritas, quæ contra edacem obliuionem, suâ manu, & stylo, muniuit Magnus ille Antistes. Deuotam erga Regem illâ tempestate commotâ charitatem, limatissimâ eiusdem absoluo Suadâ. STANISLAVS BYKOWSKI, Castellanus Lanciciensis, Siradiensisq; Capitaneus, è Siradiensi, & Lanciciensi Territoriis, florentissimæ Equestris iuuentutis lecta robora, plura trecentis adduxerat. Vltra maria, & glacialem Oceanum Tuæ fortitudinis Illustrissime Heros, & proiectæ in discrimen salutis, stabit ære perennius monumentum: non in saxis, marmoribusq;, Tuæ Magnanimitatis mirabimur Anaglypha. Sed nostra, & sequens in annalibus nostris leget, imitabiturq; ætas. Palmaribus iam comprehensum lineis, quàm promptè, quàm animosè Regiam vindicasti Maiestatem. Sed habet hoc præcipuum altior Heroum Spiritus; more solis irrequietum circinat orbem, pacatum nescit, nec ambit quietis interuallum. Proprium hoc fuit Illustrissimi Tui Aui. Quorsum enim trans æquora, hostem in latibulis æterno gelu damnatæ Sueciæ quæreret, intestino domi Annibale motum ciuilem, contra innocentem Regem concitante? Verùm ego subscribo hìc facilè Themistocli artem obliuionis eligenti, & indictam Sacrosancta legum Patriarum authoritate, obseruo amnystiam: piaculumq; censeo, ea, quæ æterno damnata silentio, in medium afferre. An verò hic terminus hæret defixus obligatissimi Regi, Patriæq; officij. Cerno Moschuæ barbariem, suo simillimam cælo, inuicto robore Stephani Regis fractam, ante solium suæ Maiestatis puluerulentam procumbentem, sacra legationis nouo ausu, & fas gentium temerantem, & rursum contra Sigismundum Tertium, fracta arma refouentem. Occurrit Smolenscum Aquilonaris Troia, quod perduellis Glinscij quondam astu nefario, à Magno Ducatu Lithuaniæ abstractum, in Titulum Ducalem Moschouiæ Tyranni coaluit, auspiciis Victoriosissimi Regis, gens illa barbara repetundarum damnata, de malè possessis exturbatur, & quòd in Regni tantum hærebat Sigillo, etiam cum censu, finibus postliminio accessit.

ſit. Ne verò impunitum ſcelus maneret ad Cluſſinum, immedicabili plagâ flagellatur. Nonne Martis hic pullus (Auum tuum intelligo) in campis illis ſic gloriam vrgebat, quos cadaueribus Moſchorum conſeuit? Sed quid Iliadem nuci, tot belli, paciſq; trophæa exilibus anguſto lineis. Meruit Illuſtriſſimus Heros, Plinium laudatorem, ſed ſecurus iam ille gloriæ ſuæ, vtque nullius magniloquentiâ ambit aſſurgere, ita nec timet cuiuſquam ſtyli humilitate iacere. Martius Heroëm obſedit puluis, non idem tamen obliuioni permiſtus, memoriam Magni Senatoris aboleuit, ſeris narrabere nepotibus Regiæ dignitatis, Patriæ integritatis vindex, ſeruatorq; fortiſſimus. Num verò in Filio Illuſtriſſimo genitore Tuo PRÆMISLAO BYKOWSKI, Vexillifero primùm Siradienſe, Lancicienſe, Siradienſe demùm Caſtellano, Prædecen: Clodauien: Gubernatore, Martius hic vigor, & boni publici elanguit cura? Abijt è mortalium collegio vir, Patriæ integritatis ſtudioſiſſimus, non ita tamen abijt, quin poſthumam ſui effigiem, & gloriæ compendium, Illuſtriſſimum Tuum Parentem exhiberet. Ea demùm magna felicitas, non minùs Nobilitatis, quàm virtutis, liberis relinquere hæreditatem. Multorum votis rarus hic reſpondet effectus, certiuſq; in fortunam magis, quàm in virtutem viuere poſteritatem. Transferebat Regna, totq; Prouinciarum Titulos Carolus Quintus Imperator, in Philippum Secundum Hiſpaniarum Regem, hocq; illi vouebat ad extremum Pater, vt ſibi proles huiuſmodi adoleſceret, in quem Regna transferre poſſet, neceſſe non haberet. Non eſt opus, vt quiſpiam hæc de veſtra Domo nuncuparet vota, quæ viros viris, ad magna quæque natos ſubmittebat; Quot enim Tu Illuſtris Caſtellane Siradienſis, ex hæreditario gloriæ fundo, triumphales laureas manipulatim conuexiſti? *Fa: Stra. lib:1.dec. 1.* Ad Chocimum vulturi Regniuoro Oſmano Turcarum Tyranno, Poloniæ incubanti, iuiſti obuiam, & Principem tum Poloniæ poſt Regem Vladislaum IV., in minuendis Othomanicæ Lunæ cornibus occupatum, ſequebaris. Ex ipſis marinis fluctibus enato titione Guſtafo Adolpho, Achille Suecico, Pruſſiam populante, Tuis ſtipendijs, armatâ cohorte rem Patriæ defendiſti: vbi res, & occaſio poſcebat, togatum, armatumq; conſilium impendiſti. Vidimus Te in Conuentibus Sadecenſibus, Nobilitati municipij Siradienſis ea ſuggerere conſilia, quæ non Tuam priuatam potentiam, ſed Polonam fundarent integritatem. Audiuimus in Comitijs Generalibus feracem Conſilij Tacitum, arcana publici ſtatus introſpicientem, vt proprijs imputares diſpendijs, ſi Te Patriæ non

impen-

impenderes. Vixisses vtinam Illustrissime Heros, Polonæ felicitatis, contra Eunos, Spartacosq́, insolentes, manu forti, consilio prompto, stator, sospitatorq́; audires. Sed eripit se, aufertq́; ex oculis hominum perfecta virtus, & inuidum tanti decoris cælum, ad illud consilium immortalitatis euocauit optimum Senatorem. Publicis consiliis, vt Archimedem suis orbibus immersum. Iter iam Cracouiam ordinauerat, ad Comitia Inaugurationis Serenissimi Principis, IOANNIS CASIMIRI, (cui vitam, felicitatem, victorias, vel in hoc diuerticulo apprecamur) & in ipso viæ apparatu, Comitiata fatorum lege migrare coactus è vita, non tàm obiit, quàm suam orsus immortalitatem. STANISLAVM BYKOWSKI, GVBERNATOREM SIRADIENSEM, quid hic memorem? quàm diu Siradia, imò quàm diu Sarmatia stabit, incorruptam Iudicis prædicabit integritatem. Verè arbiter æquitatis, qui Diuam illam, æquâ lance, præmia, & pænam ponderantem, ita sibi fecerat familiarem, vt quasi genij alicuius instinctu, nullo fauore, sed legum rigore, Prouinciæ huius statum temperaret. Liceret & alios Tuæ Illustrissimæ Domus proceres in hoc deducere theatrum, quorum merita, effusa à beneficà Regum manu præmia exornarunt. Sed quid illis à meo calamo splendoris, quos iam victuræ gloriæ vestiuit abolla? An etiam rastra tua Materna ILLVSTRISSIMÆ TVÆ GENITRICIS Sophiæ de Lipe tacitus præteribo? Seu genus, seu virtutem spectem, vtriq; torosa licet succumbit facundia, quo virtutum colore Matronalis pudicitiæ decorauit stolam, ad præsens non memorabo. Quantum verò hæc Æconomica supellex Maternæ Tuæ ceræ publicis contulerit rationibus, in præterita tempora cogitationem non reiicio. Qui fatis decessit, famæ superstes, Andreas Lipski, Luceoriensis, Wladislauiensis, Cracouiensis Episcopus, & Regni Supremus Cancellarius. Quantus ille vir? disertissimi Academiæ meæ Historiographi Ioannis Innocentij Petricij libet eum comitari stylo. Andreas Lipscius, Vir Iudicio, calamo, ore Magnus, pro veritate firmissimus, cuius amplitudinem frustra stringerem hoc angusto spatio, vel manu. Veniam merebor apud Te Illustris Sponse, qui strictiùs vtriusq; Domûs Tuæ decora recenseo. Annales texenti vtramq́, implerent paginam, num ergo illis mea inexercitata par est mediocritas? Ad Te iam calamum, & Stylum verto; Spirantem in Te, ac rediuiuum, tot Heroum genium intueor: quorum vt nominis hæres, sic virtutum imitator esse contendis. Seu ætatis Tuæ primæuum florem cultiori literaturæ implantatum, seu adolescentiam per vestigia

Ioan. Innocen. Petricius in hist. Anni. 1620.

ſtigia Maiorum gradientem circumſpiciam, non vna mentē occupat magnitudo. Vix bullā pueritiæ Illuſtris Sponſe depoſueras, cum ætas Tua in ipſo veſtibulo manſuetioribus literis tingi cæpit, attraxit ea vt bibulum colorem lana, vigoremq; illum vernantis animi iis excoluiſti ſtudiis, quæ maturum in viro fructum, dignum Nobiliſſimis Maioribus, dignum optimo Ciue germinarent: & feſſam ſuâ recordatione oblectarent ſenectutem. Inſederat hoc Tuæ Generoſiſſimæ menti, fruſtra quempiam vlteriori æſtate, vel Autumno ſperaturum meſſem, ſi in iuuenili vere neglexerit facere ſementem. Magnum viro publicis vſibus nato, ornamentum eruditio. Non aliud tutiùs ad reliquum ætatis flexum viaticum, quàm iuuenilis ætas, politiori literaturâ exercita. Hæc illa Pharos orbis miraculis meritò adnumeranda, quæ nauem ætatis noſtræ, in optimam deportat ſtationem. Palæſtra illa bonæ mentis Vniuerſitas Cracouienſis, Magnorum Virorum Seminarium, vel me tacente Tui ingenij approbet rudimenta. In vmbra Lycæi illius, lineamenta Ciuilis Prudentiæ, cuius nunc abſolutum in Te videmus exemplar, ductabas. Laborioſæ Academicorum Profeſſorū ſedulitati, iuuentuti Polonæ arctiori Sacramento deuotæ, ingenij Tui capacitate reſpondiſti. Nihil offerebant illi ſapientiæ Doctores, quod celeritate non reciperes, aut ſagacitate non præuenires. Vix pubertatis annos ingreſſus, iam politiora ſtudia, iam eloquentiam, iam Matheſim felicioris ingenij otium, iam Philoſophorum, Iuris conſultorum, præceptiones combibiſti. Siue veteres annales interpretatione commendaſſent, ad Tuæ ætatis tempora deflexiſti. Obuia rerum ſimilitudine, & ſatietate, ſeu propoſuiſſent Ciuilem ſapientiam, ad modum vitæ inſtituendæ, tranſtuliſti. Eò deſtinabatur omnis tuus conatus, vt notitiam recti memoriâ reconderes, parares vſu. Quas alij dierum partes iocis, & luſu, contrahunt, ſeria eſſe voluiſti, & ſedulitate extendiſti. Noctes quoq; vectigales libris addixiſti, res æſtimans ex veriſſimo ſapientum placito, Vitæ addi, quod ſomno demitur. Et hunc ipſum quaſi Publicanum, dimidiam vitæ nobiſcum partiri rationem. Ergo hoc tenore educatam veræ gloriæ Cupidinem, quam æmulatione Maiorum præterea ſuccinxeras, ne ad magnos profectus nitenti, opportunum deeſſet robur, Prudentiſſimi Patris conſilio, in Auguſtius tranſtuliſti Theatrum. Imitatus artificum induſtriam, qui opificia ſua multis ſudoribus expolita circumſpiciunt accuratè, acceſſuq; oculorum, & receſſu explorant, an conſpectum populi ferre valeant. Ambiuit Te Aula Sereniſſimorum Regum

Vladi-

Vladiſlai Quarti, & Ioannis Caſimiri: campum nactus es, vt capacem magnarum rerum adoleſcentiam ad maiora proueheres. Eruditio, facundia, probitas, dignæ Patritiâ prole dotes, Auguſtius pegma poſcebant, vt inter eminentes conſiſterent. Et poſt quàm datum eſt, magnificè apparuerunt. Sermo modicus, ac terſus, prudentiæ ſpecimen faciebat. Procliuis ad ſui ſubmiſſionem humanitas è vultu loquebatur, quo comitatis illicio aliorum animos inuaderes. Multa paucis complectar. Sedes illa prudentiæ, Reipub: facies, Nobilium virorum comitium, Aulam intelligo, ita Ciuilitatem tuam venerata eſt, vt & virtutem Præfecturæ Clodauienſis prærogatiuâ honoraret. Quod tanto tibi glorioſum Regiæ beneficentiæ in hac tua ætate augeri prouentu, quantò cæteris familiare, ampliſſimis profligatis patrimoniis, deficiente Cenſu, ab Aula inglorios ad ſuos Pagos, ſi qui ſuperſunt, villasq; ſe recipere, vbi tanquam remiſſo pompis humanis nuntio, in mera ſolitudine, inopiaq; Philoſophari coguntur. Tu extra ſortis huius orbitam, quomodo tutiorem ingreſſus viam, alibi aberrares. Iam & Patria cum his Te ad Opis, cum illis ad Concordiæ ædem inuitauit, iuiſti, ſuccuruiſti promptè, conſuluiſti prudenter. Sæpiùs in Comitiolis municipij Tui Siradienſis Legatum Ordo Equeſtris deſtinauit, vt Oratorem in Comitiis Generalibus ageres: eam muneris Prouinciam libenter admiſiſti, vt non tantùm Tuorum ſtudiorum fructum in commune præſtares, verùm etiam ab optimarum partium Patronis diſceres, ſolidam rectè agendi rationem. Poſcebat neceſſitas, vt Sagum Togâ commutares, & ſeruilis belli triſtem tumultum, quo infelices Sarmatæ in hunc vſq; diem atterimur: victricem Aquilam, triumphalem manipulum, Sereniſſimi Regis comitatus, ab aris, foci ſq; Patriis aueruncares. Non ſegnius ferrum ſtrinxiſti, quàm innatam Tibi Suadam pro libertate Patriæ prompſiſti. Zborouien: Bereſtecen: victorijs non otioſus ſpectator, Tuæ fortitudinis dediſti Symbolum. Non tam durior chalybs in vmbonem aptatus, quàm ipſe Martius Tuus impetus, audacter excipiebat denſum pilarum imbrem, vulnera, mortemq; diſpenſantem, ab agreſti colluuie in noſtram aciem euibratam. Belli, & pacis artibus clareſcere, pulchrum cenſuiſti. Opimis iam ditatus ſpolijs, Maiores Tuos euocaſti de buſto mortalitatis. Manes, & imagines Auorum, in famulantes Tibi animaſti adoreas. Parentem Tuum, velut ſuum Anchiſen pius Æneas, in humeros ſuſcepiſti. Non nominis magis, quàm factorum celebritate repræſentandum. Quaſi intereſſem Heroi Patri Tuo tabulas teſtamenti condenti, qui ad extrema

trema iam deductus, non aurum, & argentum, nec opes vicini fundi, cespite Iure, iniuriaq; adiecto, vel per summum dedecus, infamiamq; sobolescente nummo partas, sed vitæ Tuæ imaginem, Tibi, Fratribusq; Tuis consignauit. Quàm illos benè exprimere ominamur. Et iam Illustris Iuuenis, Tuus Frater Vladislaus Ioannes felici nisu assurgit, qui æmulo Vlyssis passu, Germania, Italia, peragrata, diuitem mercem cultioris literaturæ in Patriam inuexit. Enim verò Illustris Sponse, ab hoc solis Maiorum Auiti, Paterni, Tuiq; fulgore, minimè Te credis serenari. Amicum tibi sydus Lunæ fortunato sponsas connubio. Scitum erat Romanæ vetustatis inuentum, Equestrem gentis illius honorem, non alio, nisi Lunæ insigni noscitari Nobilitatis prærogatiuam, Lunæ ad instar crescere, minui, Ecclipsari, forsitan innuebant. Quidquid sit, Tu Illustris Sponse vetustissimæ huius, Illustrissimæq; Prosapiæ, Comitum de Leszno, fausto pede ingrederis lararium. Constantium Bizantinum Imperatorem, Romanæ vrbis magnitudinem, vestigiaq; priscæ Maiestatis inspicientem, ita de hac orbis Epitome sensisse comperio, Naturam vires suas in vnam vrbem effudisse, verissimumq; illud. *Platina in Fel.*

Natura hic posuit, quidquid vbiq; fuit.

Vestram Illustrissimi Comites de Leszno ab ipsis Regni nostri incunabulis retexendo virtutem, tot sæculorum veneratione honoratam, rectius id de vobis ausim affirmare. Religiosissima Fæmina, & Principe Dambrowka Miecislai Primi è nostris Principibus Christiani Coniuge, fidei Orthodoxæ primum lapidem iaciente, Comitem Perstimium è Regno Bohemiæ Ciuitate nostrâ donatum, cōstans annalium testatur traditio. Et Comitatus Lesznensis titulum, posteris transmisisse. Annorum sexcentorum, & amplius seriè continuatum, ille solus dubitet, qui Patriam non euoluit antiquitatem. Ac mihi quidem Illustris Domine, in lectissimæ Tuæ Sponsæ Eudoxiam, tot annorum decursu summis honoribus fastigiatam aciem immittenti, illud occurrit, non nullus Romanorum Oratorum, Corneliæ Matronæ famâ super æthera notæ, prolixo aliquo parentaturus Encomio, identidem hoc solùm declamauit, ex Grachorum Familia nata est. Crederem & ego, abundè Illustrissimæ gentis gloriæ à me satisfactum, & quasi Hecatombe litatum, Pudicissimam hanc Virginem, genus, & sanguinem esse Illustrissimorum Comitum de Leszno. Quid enim intactum Illustrissimi Comites reliquerunt? quod non in suum decus emeriti transferrent? Illi Palatinorum subsellia, illi Castellanorum fasces, illi Aulæ Præfecturas, atq; Exercituum

tuum amplexi. Non illis defuit Censoriæ grauitatis scipio, qui Regum sceptra præiret, & Senatum, aut Equestrem Ordinem regeret. Non Martius ardor, quo hostium cuneos profligarent, non sigilla, quibus Regni commoda obsignarentur, non Supremæ ærarij Quæsturæ, Patriæ commodo intentissimæ. Exundauit admirabilis dexteritas, etiam in remotas orbis partes, & domesticis Prouinciarum ripis alligari nescia, Principum externorum amicitias, publicis Legationibus, Officiisq; occupauit. Etiam sanctiori politiæ Bicorni Mitrà, Pontificaliq; præiuit pedò, continuò enati fasces ex fascibus, quasi hæreditariam in Illustrissima stripe retinent dignitatem. Bosutan Wieniauium Archipræsuleà cruce, Metropolitanoq; pallio fulgentem, Adalberti successorem, illa quæ iam præcessit mirata est, nostra veneratur ætas. Raphael Comes de Leszno, disertiorem stylum suæ industriæ, virtutiq; mancipauit Liuium Polonum, Martinum Cromerum, dignitate, literis eminentem, habet laudatorem. Quanti animi Heros? Legatus ad Casimirum Principem Raphael Lesczinius Eques Polonus, verùm cum plures Annos in Ministerio Imperatoris versatus, eiq, inter paucos carus, homo nauus, & magni animi, qui parui fecerat difficultatem itineris, pericula, & insidias à Matthia Rege Hungariæ comparatas, quarum ergo Letionem illam Teutonici defugerant: En immani mole aspectabilem obeliscum viro magno erectum, qui non Poloniam, sed etiam Germaniam suæ Magnitudinis spectaculo recreauit. Tacebo ne? Plocensi Cathedræ, Catholicissimæq; Masouiæ inspiratum, priscæ, & Auitæ fidei zelum, ab eiusdem nominis Antistite Raphaele Lesczinski. Ille Duces Masouiæ, & Equestrem Ordinem illius tract⁹, suo consilio, & autoritate eò flexit, vt pœnis grauissimis sancitis, deliram Martini Lutheri Heresim, eiusq; sequaces in hanc vsq; diem proscriberent. Quantus Tu es Raphael Comes de Leszno, ad Ioannem Basilidem Moschouiæ Tyrannum æui illius Phalaridem, non minus notæ Prudentiæ, quàm fortitudinis Legatus, legibus Patriis tenacem assereres obseruantiam, retrogrado ad gloriam eluctaris passu, Palatinatum Brestensem, Radomiensi postponis Præfecturæ. Nec aliter censes tuam augeri Celsitudinem, quàm humiliori descensu ad Sremensem Castellanatum. Fatis cessisti, gloriæ vitam inchoasti, abdicatus tamen honor nesciit alio diuertere, quàm ad Filium Tuum Brestensem Palatinum. Tuaq; merita in Filio virtutis hærede exornauit. O quem verò dicam! Illustris Sponsæ Tuæ Auum Venceslaum Comitem de Leszno, Calissiensem Castellanum,

Mart: Crom: lib. 27.

Stanislaus Lub. in Vit: Episc. Pol:

Ioach: Biel: Stanisl: Orych:

Pala-

Palatinum, Supremum Regni Cancellarium, Maioris Poloniæ Generalem. Non est certè præsentis operæ vestigia viri æternâ recordatione dignissimi legere. Plus Heröis, quàm hominis, cuius in agendo dexteritatem, in consiliis prudentiam, Sigismundus Tertius Rex admirari potuit, & colere, cuius virtuti vna Prouincia angustum theatrum fuit, ter augeri debuit, vt fama nominis impleretur. Exanimem te crederem, & communi mortalitatis necessitate sublatum, nî cadentem, calentemq; spiritum, quo vitam Patriæ fouebas, Illustrissimus Princeps, & Reuerendissimus ArchiPræsul, Andreas Comes de Leszno excepisset.

Nec tamen & probitas gelido captiua sepulchro,
Eunte subter delitescit marmore.

Quæ hæreditaria successione adTe Illustrissime Princeps deuenit. Andr. Kanon.
Ita Tu lubricum hoc gloriæ iter, ambitionis, & vitiorum huius sæculi abrupta, vacuus periculo peregisti, vt in hoc florido ætatis suæ, & honorum cursu, nihil in præteritum habeas excusandum, omnia laudanda. Loquuntur id Camenecensis, Culmensis Exedræ, quæ Tibi summa licet pro merito statim obtigerunt. Loquitur Annulus Regni supremus, quem ita fidei Tuæ creditum tractasti, vt Patriam, legumq; defensares integritatem. Quoties Tu in alto tempestatum fluitantem Reip. nauem, tutiorem in portum Tuâ dexteritate subduxisti. Leget sequens ætas, & legum custodem prædicabit studiosissimum. Iam & Berestecensis illa rebellium Cosacorum clades, quem Te vidit Serenissimi Regis Achatem, Tu dignitati Regiæ, publicæq; saluti curâ promptè obtulisti, sumptu, & opibus Tuis militarem manum lecti roboris militum contraxisti. Atq; ita paludatus Antistes, inter micantes illius barbariei mucrones, Scythicis permistos, strictosq; in nostram, & Tuam perniciem enses, Tuæ immemor salutis, memor officij, impauidus versabaris. Scilicet ad crucem Archipræsuleam tot sudores collimabant, vt præmij nomen amitteret, quod laboribus emisti, plenoq; meritorum, & gloriæ lumine, in hoc Polonici honoris solstitio consistere debuisti. Florentissimus Princeps, & Reuerendissimus Antistes Warmiensis, WENCESLAVS COMES de LESZNO, quâ comitate, quâ morum suauitate pollet, quo in Patriam, Ecclesiam flagrat amore? dignum censuit Polonia, cuius ore ad Christianissimum Galliarum Regem, pro Serenissima Ludouica Maria, Regina Nostra peroraret. RAPHAELEM PALATINVM BELSENSEM, non mei calami decoret elogium. Senatoria curuli sublimis, hastatorum cochorte, non minus pacis, quàm belli studiosus, Chotimensi victoriæ opitulatus. Boguslai Ioan: Innocen: Petr: in hist: bel: Chot.

supremi

ſupremi Regni Theſaurarij, Maioris Poloniæ Generalis, Suadam in lingua, Conſum in pectore, nulla ſatis deprædicabit, ſera mirabitur ætas. Ioannem Palatinum Lancicienſem, Reginalis Aulæ Præfectum, Suecicæ pacificationis arbitrum prudentiſſimum, Præclaum Caſtellanum Sremenſem, coniunctiſſimum par Fratrum, Maioris Poloniæ lumina, non alio cultu, niſi poplite flexo veneror. Illuſtris Sponſæ Tuæ genitoris Wladislai Comitis de Leſzno, Succamerarij Poſnanienſis, Oſtreſouienſis Præfecti, Heróicæ mentis præſtantiam, quod excitatum prædicabit ingeniū? Spectator aderam, quando Nobilitas Poſnanienſis, liberâ voce, concordi ſuffragio, & vno quaſi ore finium regundorum Præfecturam, & Principatum Equeſtris Ordinis illi deferebat. Vt non ille honorem ambire, ſed ipſum prenſare honor videretur. Date veniam Illuſtriſſimi Heröes, ſi incuriosè à mè veſtræ Familiæ claritudo explicata. Nec enim citra meam indignationem, populari ſtylo me non popularia celebrare, nec perinde æſtimare gloriam, vt ipſa meretur. Mirata Roma vnam Curiorum familiam, in qua tres extiterant continua ſerie Oratores, Pater, Filius, Nepos. Suſpexit Fabiorum Proſapiam, in qua tres itidem non interrupto ordine Senatus, Principes intuebatur. Quid ni permiſta venerationi, miretur Illuſtriſſimam Leſzcziniorum ſtirpem? Tantò quidem ſolidiore voluptate, quantò hæc decora in oculos noſtros incurrant, & remota ſunt à priſca illa antiquitate, plerumq; obnoxia ſuſpicionibus fabularum, inq; ſuarū laudes nullo facilè redarguente, licentiùs effuſa. Breuibus ego ſtricturis veſtræ magnitudini famulabar. Æmulum ſaltem Myrmetydis conatum, diſparis licet artis, non improbatæ velamine vnius apiculæ inumbrauerat ille quadrigas, Date veniam, quod immortalitatis Veſtræ currum feliciori ſtylo ſepoſitū opus, rancidiore Mineruâ ſtipabam. Eam ergo Illuſtris Sponſe connubio ingrederis Familiam, quæ Patriæ, Religioni, à prima origine coæua, iiſdem ſe totam ſemper impendit. Quantaquanta eſt Polonia, à mari Baltico ad pontum Euxinum, ab Odra ad Boriſtenem, in hoc vaſto terrarum tractu, nulla pars Sarmatiæ Illuſtrium Familiarum Tuæ affinitati innexarum, vacat. Coryletum hoc Illuſtriſſimæ gentis, quod iam in Dodoneum abiit Quercetum, quæ Illuſtrium propaginum, ſanguinis nexu implexa non oſtentet Apoſphragiſmata? Hic Ducum Zasławiorum belligero preſſus ſub quadrupedante ceraſtes. Coretiorum, Sanguſconum cordatiſſimi Equites, hic Comitum à Rozrazew Roſetum, ſuauem halat fragrantiam. Opaliniorum Argonauis au-

reo

reo vellere reconditæ ſapientiæ, amoriſq; in patriam ſuburrata. Tuczyniorum Rotæ horariæ, ad perennem curſum æternitatis intentæ. Potociorum Cruces hoſtili ſanguine purpuratæ. Czarnkouiorum Faſciæ, patriæ ſoſpitatrices. Hic Firleorum Leopardi, Przyiemiorum Amazones, placido feras domantes obſequio. Vides in tuam confluere domum, Koſtkarum cælo cognatum ſanguinem. Grzymułtouiorum, Smoſzeuiorum, Łaſczyorum. Hic Koniecpolianæ Soleæ, calcandis barbarorum ceruibus fatales. Donhoffiorum, Potuliciorum, Korzbocorum, Sileſiacæ Nobilitatis Principum Illuſtres ceræ, Tuæ domus exornant propylæum. Longum eſſet recenſere, legereturque.

Scriptus, & in tergo necdum finitus Oreſtes.

Quæ Biſontem Veſtrum Illuſtrium Heröum circumfundant inſignia. Horoſcopum natalitium, quo numeroſior fauentium ſyderum excipit concurſus, tantò facit fortunatiorem naſcendi ſortem. Pars fortunæ iuncta Veneri in bono cæli loco, haud vanum in diuitias, opeſq; dat ſuffragium, hocq; iam certius accedente ſtella Regia iiſdem addicta, corde nimirum Leonis, in domumq; ſeptimam, quæ Coniugij eſt, benignum proiiciente radium, nullius infauſti ſideris acceſſu tactam, votiuam coniugii ſpondet proſperitatem. Patria Cælum eſt, ſidera Illuſtria Familiarum nomina, quæ cum gentilicio Tuo immineant horizonti, quid nî annuunt coniugem, quæ dote, formâ, genere, amore, moribus, animum Tuum mereatur. Si quò ibis, ipſa te ſalus ferat, quidquid optabis, cælites vota præuenient. Quod ſi non nemo magnæ felicitati Regi cuiuſdam Spartani tribuit, quod illi mater fuerat, quæ Regis erat filia, & Vxor. Nimirum ſanguis à tam Nobili deſcendens origine, quantò plus Nobilitatis, tantò plus virtutis vehit. Idem Tibi præſagâ mente depromo vaticinium, tot Heröũ ſanguinem, fortunæ Tuæ, bonæq; ſpei propagaturum incrementa. Cõflata hæc in vnum Veſtræ Auitæ Nobilitatis Symbola, mutuum patriæ dabunt obſequium. Non caſu, nec humanorum conſiliorum temperamento, veſtra ſtetit coniunctio, ſanctioris mentis, quia diuinæ opus, olim decretum, hodie perfectum. Confluente in Domum Tuam, tàm opulenta gloriæ hæreditate, nouo Te ſplendore auctum Superi voluerunt, Cæliq; ipſi benignitatis ſuæ indulgent iubar, teſtariq; videntur, quàm te carum habeant, cui tàm Illuſtrem maximis propinquitatibus, tàm gratam Magnarum virtutum commendatione, deſignauêre ſponſam. Solis lucem, faces nullo dignantur fænore, & is, qui cætera lucidior Phæbus illuſtrat, nullum ſplendoris requirit adminiculum, nec

niſi

nisi cæcutientibus lumen eius ingratum. Illustrior Vestræ claritatis enituit nitor, nec vllius iam lucis, aut laudis eget, ac aliquam luminis aduentitij ambit pompam. Illustrare magis, quàm illustrari paratiores. En iam Tibi Illustris Sponse, ipsa iungitur prosperitas, ipsa Virtus indiuiduam Tecum vitæ auspicatur societatem. Illustris hæc Virgo, faustis sub penetralibus nata progenies, dexteram Tibi coniugalis beneuolentiæ tesseram subarrandam offert. En Tua iam Alcestis, vt illa Admeti dulce ridet, candidos, & sine nube Tibi spondet dies.

Grandinet gemmis riguoq; cælum.

Depluat auro.

Math: Casim: Sarbieuij Li: 1. Od. Vatis nostri Cygneâ applaudimus voce, procul à cælo Vestro in atram nubes coactæ tempestatem, infestisq; grauidæ procellis. Constans serenum molles Ethesiæ Vestræ aspirent felicitati. Subscripsere Cælites votis, quæ iusta calculum illorum poposcerunt, dabunt, congerent plenâ manu quidquid vouemus, precamur, quidquid & ipsi precamini. Rediuiuam, reflorescentem Maiorum Vestrorum gloriam, pulchrâ prole Parentes, eò opulentiorem, quò præsentiorem Polonæ dabitis prosperitati. Quidquid Mars Heröum sæuâ rapuit manu, casta reponet prole puerpera. Retroactis sæculis iniicietis manum, illorumq; famam propagabitis. Laureatos fasces, purpuras, trabeas, nouo pensabitis augmento. Miscemus & nos, in vmbra otij nostri immortali vaticinio, mortalem plausum. Cæli, patriæ, Illustrissimæq; Domus Vestræ auguria, impari licet officio Styli comitari, eandem quam Cælites promittunt, Patria, stirpes Vestræ sperant faustitatem, fortunatissimis nuptijs vouemus & apprecamur.



⁂ (✠) ⁂

GODOWE VOTIVVM I.

TEn ieſt znák pożadáney ná źiemi pogody
Bogowie gdy Wolimpie gornym czynią gody
Gdy długim obćiążone berło Jowißowe
Rządem / ná czás pauzuie / ſtrzały záś Marßowe
Otárßy ze krwie ná ſwym kłádźie Wenus konie
Siedząc miedzy Bogámi w złoćiſtey koronie.
Twoy rząd Páni Wielmożna / twoi y Bogowie
Twoie Páńſtwá / Króleſtwá / y ſámi Krolowie
Twoie zamki / fortece / ogniſta ármatá
Strzały / koſy / kiryſy y woienna ßátá /
Zeć łáſkáwi Bogowie rzadu vſtąpili
Dokáżeß czego zechceß przy tákowey chwili.
A czyń / poki Bogowie názad nie powrocą
Tákiey ći potentiiey w w rządách nie vkrocą.
Roſkaß naprzod wdźiać vbior weſelny Phebowi
Toß nieoſtrożnemu przykaß ſynaczkowi
Niech wonnym vpſtrzy kwiećiem hártowne zbroiczke
W kuźni záś Wulkanowey odnowie Tarczyczke.
Wonnym ſtrzałki nápuśći bálſamem w ſáydáczku /
Y ták do boku przypnie / bez żadnego znáczku
Roſkaß chłodne powietrzu wypuśćić Zephiry
W wdźięczno brzmiące vderzáć wiátropłynne liry
Dźień ſwoie niech wywiedźie weſołe godźiny
Niech dobrą myśl vczyni / dla twoiey Rodźiny.
Noc Murzyńſkie niech otrze iáſnym swiatłem lice
Żałobę odrzućiwßy przy wdźięczney muzyce.
Y źiemia niechay złoży ſkurę chropowátą
Inną ná ſie przybierze iáſną y bogátą.
Wzrok miłey kompániey ćießyć ſie ztąd będźie
Sercá do weſołośći godowey nábędźie.
Roſkaß ptáſtwu wraz krzyknąć á lotu zátrzymáć
Rozne koncerty co raz inákße poczynáć
Faunom leśnym wźiąć ná ſie lipozielną bárwę /
A zrućić gáłęźiſtą y ßyſczáną lárwę.
Nereidom pieſczonym igrzyſko náznáczyć
Káżąc ſie Neptunowi z pokoiem pobráćić /
Przypomnieć iák go Opis mátká ratowáłá /
Gdy go ſrogość oycowſka oraz pożrzeć chćiáłá

Oná go ochroniłá/ niech ná to pámięta.
Że biała płeć litośćią iest ku niemu wzdięta/
Niech y twoiey Wenero vsłucha w tym woli
Anieſpokoyney ná czás zániecha ſwawoli.
Zmałżonką ſwoią táckże nákaz Neſtorowi
Przybyć: lecz bez Centaurow/ bo ći bić gotowi
Wßák wie co przy weſelney nárobili dobie
Pyrothowey (żeniąc ſię) poważney oſobie.
Gdy ták wßyſcy ſłucháią twego roſkazánia
Wierna Bogini ſłubow poſpieß do witánia/
W dom Wielmożny Leszczynskich á nowych Małżonkow/
Obdarz:cokolwiek możeß ſwych mieć vpominkow.
Niechay wßytkie przy nowym ſlubie pozoſtána
Badz tu ſczodra/łáſkáwa/Boginia vznána.
Dobra: bo y Bogowie ná to zezwalaią
Gdy ná fortunne życie przywiliy dawáią.
Wam świetne Fámiliie żyćieß poki ſłońce
Ná niebie poprowádzi nieuſtáne táńce.

II. VOTIVVM.

WY cośćie dotąd po morzu burźliwem.
Długo buiáli zá wiátrem ſzczęśliwem.
Zruczayćie żagle gotuyćie kotwice.
Siedzą przy brzegu nadobne dźiewice.
Do kompániicy ábyśćie przybyli
Proſzą, á miłey vćiechy záżyli
Spieſzćie co prędzey,poki morſka chwálá
Drogi do portu wodney niezáwala.
Poki Eolus wiátrow niewypuśći
Ogniſtich Iowiſz pioronow nieſpuśći
Syreny wdźieczno-zdrádliwemi głoſy
Nie náprowádzą ná iákie moloſy
Caſtor y Pollux poki niezápádna
Z pogodney Sphæry w ćiemnicę ſzkárádną.
Y oćiec Iowiſz dopomoże ſporo
Spieſzyć ſię tylo iák poczniećie ſkoro.
Gdy iuż bieżyćie,ſtańćieſz tu ſzcześliwie.
Przy pożądnym porćie, á życzliwie.

Vpo-

Vpominki bráć gotuyćie ſię śmiele,
Te odebrawſzy mieć będźiećie wiele,
Dobrá, ná świećie zázywáć będźiećie,
Im w dálſze látá da Pan Bog poydźiećie.
W domu LESZCZYNSKICH meżnych kleinot drogi
Koronie Polſkiey nieprzyiáznym, ſrogi.
W rádę y męſtwo, w ſławę nie vbogi
W cnotę w vrodę cudownie chędogi.
Powabia inne wielmożne ku ſobie,
Domy koronne, by ſwoiey ozdobie,
Zárowne przybrał, w kompániią Cnoty,
W rozliczne inne, podobne przymioty.
Zooczył go byſtrem wielmożnych GRIF okiem,
BYKOWSKICH: y wnet ſpieſzy prętkiem ſkokiem,
By z Prześwietnych LESCZYNSKICH pobráćił ſię GŁOWĄ
Męſtwem, ſławą, náuką, miodową wymową.
A żeś iuż tego doſzedł, GRIFIE známięnity,
Niech wiecznie trwa, od Ciebie ten kleynot nábyty,
Niech świeći, poki ſłonce świećić będźie,
Mieśiąc ná źiemi poki nie vśiędźie.

III. VOTIVVM.

PRzybądź pokoiu dawno pożądány,
Przybądź á opuść niewczás opłákány
Przybądź piáſtunie łáſkáwey fortuny
We wſzyſtko buiny
Ty mnożyſz Páńſtwá, Kroleſtwá funduieſz
Ty ſwą ſłodkośćią wſze wieki cukruieſz
Ty okrutnego Marſzá vchámuieſz
gdy więc pánuieſz.
Złota wolnośći Swobodo bogáta
Ktoli ćię zrodźił? czy nie owe látá:
Gdy pokoy záśiadł ná krolewſkim Thronie,
W złotey koronie,

Mury

Mury Troiáńskie, budynki wſpániáłe,
Rzymſkie Koloſy, Słupy, okazáłe,
Gdźieśćie zápádły bes ſwego pokoiu
W okrutnem boiu.
Czyli was źięmiá odtwárta porwáłá
A wulcanowi w vpominku dáłá
Aby z nich ſtráſzne gotował piorony
Ná wſzyſtkie ſtrony.
Niepokoy zgołá, domowa niezgodá
Do záginienia, tá byłá pogodá
Aby wiecznęmi czáſy zágineło
co przedtym belo.
O Iákoś miły y ſłotki pokoiu,
Z ktorego płyną iák zbuinego zdroiu
Wſzyſtkie pociechy, niemáły pożytek
y ná świát wſzytek.
Iáko gdy ſłońce zágrzewa promieniem
Polá y láſy kwitną, á záś pięniem
Ptáſtwo rozlicznem, pioſnki wyprawuie
á polátuie.
Ták przy pokoiu wſzytko ſię weſely
By tylko tego ludźie záżyć chćieli
Bo podczás bywa, że też y z pogody
idą niezgody.
Przybądźże y tu, z Boſkiey opátrznośći
Pokoiu miły, przy vroczyſtośći
Godowey, gdy ſię GRIF BYKOWSKICH bierze
Ku wieczney wierze,
Ktorey Wielmożnym LESCZYNSKIM dotrzyma
Poki go tylko parká nie poima.
Leć będźie on żyć: bo ſławá nie zginie
choć go śmierć zwinie.

